# ECLOGÆ

## Tres Virgilianæ.

Tityrus. } ad { Pestifugium.
Pollio. } ad { Postliminium.
Gallus. } ad { Ludimagistrum.

*Inflexæ per* GVL. HAVKINVM *Ludimagistrum Hadleianum in agro Suffolciensi.*

Musæ Cantabrides, dum vos cano, dedico vobis.

*LONDINI,*
Excudebat *W. S.* impensis *Roberti Milbourn*, in Cœmiterio Paulino, ad insigne Canis Leporarij. 1631.

# ECLOGA
## CVI
# NOMEN
# PESTIFVGIVM

*Bion in Adonade.*

Αἱ μοῖσαι κλαίουσιν ὀρεσσίδες· ἆδε δ' Ἀθάνα,
Λυπαμέν' ἀπλοκάμους, ἀνὰ δρυμὸς ἁλᾶται
Πενθαλέα, γύμνικτος, ἀσάνδαλος ———

Quæ Latinè sic sonant.

*Heu Musæ lugent in montibus: ipsaq; Pallas*
*Sparsa comas, exul saltus, sylvasq; pererrat*
*Victa dolore, incompta, pedes nudata vagantes.*

# Prologus.

*Recitata est 1c. Ecloga ptember. 14. ueris discipulis ad excipidos hospites eosdam Academie Cantabrigiensis præsso hoc Prozo.*

SVmusnè ruri? Non sumus. Vah! rus vale.
* Hîc sunt Athenæ: nempe Doctores graves,
Reverenda cerno capita, Musarum decus,
Academiæ quos dixerim compendium.
His Rusticana præbet obsequium Schola,
Fandi imperita. Sed loqui nostrâ vice
Dignatur ipse flos Poetarum *Maro*.
Recitamus eius * *Tityrum* non *Tityrum*,
Ad *Pestifugium* triste deflexo stylo.
Veros dolores canimus, haud fictos iocos.

*Eclogam primum cui nomen Tityrus, rsonis, argumentoq; immutatis.*

LOCVS

# LOCVS DIALOGI
## *SIVE* SCENA,
# OXONIVM
## NOMINE[a] *BVPORII*

a Bouini vadi.

---

Personæ { PHILOTECHNVS *Cantabrigienſis.*
MVSILVS *Oxonienſis.*

PHILOT:

Muſile, *tu placidæ recubans ſub tegmine cellæ*
*Docliſonas tuto Muſas veneraris aſylo.*
*Nos* [b] Grantæ *fines & dulces linquimus arces,*
*Nos* Grantã *fugimus: tu,* Muſile, *lætus in urbe*
Buporio *reſonare doces tibi Pallada Muſas.*

b Cantabrigiæ, quam alluit Granta fluvius.

MVSIL:

O Philotechne, Dei *nos omnes numine tuti:*
*Nam* [c] mihi perfugium ſẽper Deus, *illius arã*
*Sæpè pius* [d] noſtris à laudibus aſſonat hymnus.
*Ille Scholas pandi noſtras, ut cernis & ipſum*
*Scribere, quæ vellem, calamo permiſit alacri.*

c *Pſal.* 5
d *Pſal.* 2

PHIL.

*Non equidem invideo, sed gratulor. Undiq; nostrū*
*Usq; adeò* Pestis *grassatur acerba platæis.*
*Illic intra aliquot menses modò namq; popellum*
*Ah morte in media gemebundos ipse reliqui.*
*Protenuq; æger ago miserandam,* Musile, *vitam.*
*Sæpè malum hoc nobis, si mens non surda fuisset,*
*De cœlo doctos memini prædicere vates.*
*Sæpè sinistra suis immittit ab æthere* vindex.*
*Sed tu,* Buporium *quid agat, da,* Musile, *nobis.*

Mense Februar.: promo irrepp pestis, & pitò multi oppidarum dos invasit.

Deus suos stigat ipsum bono.

MVSIL.

*Conventum, dicunt quem* Parliamenta, *putavi*
*Stultus ego huic nostro similem, quo sæpè solemus*
*De* gradibus *dandis suffragia ferre* Regentes.
*Sic Phœbo Musas similes, juvenesq; Magistris*
*Noram: sic magnis conferre minuta solebam.*
*Verùm hic tantū alios inter caput extulit omnes*
*Convētus, quātū solet inter* Cynthia *Nymphas.*

PHIL.

Buporium *pridem cur* Parliamenta *petebant?*

MVSIL.

MVSIL.

[f] Peſtis *erat, magnã quæ devaſtaverat* Vrbem,
*Imperij poſtquã* Carolus *nova ſceptra gerebat.*
*Deſijt haud longo nobis pòſt tempore morbus.*

PHIL.

*Nũc nos* Peſtis *habet, poſtquã vos ipſa reliquit.*
*Nãq; (fatebor enim) modò nos pax alta tenebat,*
*Et ſpes libertatis erat, non cura pericli.*
*Quùm viſa eſt noſtris ſtatio tutiſſima ſeptis,*
*Dira lues* Grantam *nec-opino perculit ictu.*
*Iãq; [g] inopes gravis ære domos pia dextra fovebat.*

MVSIL.

*Mirabar, quid triſtis opem tua* Granta *vocaret,*
*Cur caperet miſſos alienà ex arbore fructus:*
*Vos [h] omnes ſolitis aberatis ſedibus, ipſi*
*Vos ciues, vos ipſa & inhoſpita tecta vocabant:*

PHIL.

*Aſt ego quid facerem? Feriari rure pigebat:*
*Nec tam præſentes alibi fas cernere* Muſas.

f An. 162 ſæviente pe ſte *Londin* celebratum eſt *Oxonij* publicum huiuſce re ni concilii- um, quod Parliament dicitur. Se ne tum qu dem ipſa *O onij* civita erat libera, aut tuta à peſte, qua licet mitio duravit ib dem aliqua diù.

g Ex Aca demicorum fugâ oppi- dani tenuio res, ut à p ſte, ita etia à fame per clitâtes pul licis quatu Diœceſium ſubſidijs ſublevantur ad millia capitum quaſi tria.

h Tota cohors Academica pra ter ornatiſſimum Procancellarium, alioſque pauculos Rectores, qui afflicto oppido inu gilant, prouideq; curant, ne lacerum illud navigium vel inediâ labaſcat, vel ἀταξίας tem peſtate opprimatur.

*Hìc*

*Hîc noſtro parilem video laudoq́* Senatum,
*Cujus ab officijs* Muſarum *altaria fumant.*

MVSIL.

*Hîc tibi ſubſidium ſtudiorum ſuave petenti Ros.*
*Paſcere, ut antè, animũ datur, hic decerpere lau-*

PHIL.

*Fortunate, ergo tua jam* Collegia *florent,*
*Et tibi tuta ſatis. Sed nobis omnia nudat,*
*Funeſtáq́ lues ſaturat*[i] *polyandria ſtrage.*
*Non parit*[k] *aſſueto prægnãs* Academia *menſe,*
*Ne mala contiguæ lædant contagia* Villæ.
*O fortunatos! Hîc ad ſubſellia nota,*
*Ad fontem graduum*[l] *ſolitos captatis honores.*
*Hîc tibi flexanimus vicina ad limina* Rhetor
*Suavior Hyblæis apibus deſtillat, & aurem*
*Sæpè levi captam mulcet ſuadela ſuſurro.*
*Hîc alta de ſede legit* Profeſſor *ad horam.*
*Nec minùs interea docti, tua cura,* Prophetæ
*Accinere à veſtro pergunt*[m] *ambone ſonori.*

MVSIL.

*Antè nives ergo immittent incendia ponto,*

*Et*

Sepulcreta daveribus mẽtia, utpte peſte blatis in- a ſex jam enſes ſu- ra, 300.

Intercisa lẽnia gra- ibus Aca- emicis ſu- endis de- inata Co- itia, quæ nceptio ge- eralis dici- ur, ſive Cõ- encement.

Oxonijs olito loco, empore, & ore cele- raBantur Comitia.

n Concio- es publicæ Templo eatæ Ma- æ.

*Et Sol deſtituet repetito lumine terras,*
*Antè, immutatis amborum Gentibus, exul* (gẽ.
*Aut* Anglus Tiberim *bibet, aut* Hiſpania Gan-
*Quàm* Domini *noſtro labatur pectore cultus.*

PHIL.

*Nos illinc alij tepidũ properamus in* Auſtrum,
*Pars* Boreã, *& gelidi ripas percurrimus Hũbri,*
*Et penitus nobis diverſos gutture* Cambros.
*En vnquam* Grantæ *longo pòſt tempore fines,*
*Pauperis & cellæ congeſtos ordine libros*
*Poſt aliquot mẽſes repetã, mea regna, Camœnas?*
*Noſtrâne jam graßãs* [n] Collegia peſtis *habebit?*
*Obruet has ædes? En quò contagio cives*
*Perduxit miſeros: en queis diſpergimur agris.*
*Deſere nũc,* Philotechne, *tuas ad tẽpus Athenas.*
*Ite gregale meum nuper pecus, ite* Sophiſtæ.
*Non ego vos, non jam, luctæ* Moderator *in aulâ*
*Alternâ verſare vice* Problema *videbo:*
*Dogmata nulla canã: non, me dictante, juventus*
*Florentẽ Sophiam & Logicam carpetis acutam.*

n Nondu Deograt Collegij lius relic as hæc lu tentauit.

*Si placet, hâc mecum poteris requiescere cellâ,*
*Musæoq; frui: sunt multa volumina nobis,*
Historiæ, Physices, & sacri copia textus.
*Et jam turba coit nostrarũ ad pensa Scholarum,*
Lectorumq; *sonant altis de sedibus artes.*

ibliothe-
Bodleia-
nstructis-
, præter
s Colle-
rum pri-
as.
Campana
demica

P

sonans vocat ad lectitiones publicas cæteraque exercitia.

## DVrat LVes: MVsæ eXVLant.

### *Matris Academiæ* votum.

*sio ad votũ*
*ti post vrbẽ*
*exinani-*
Ouid.
am. 7.

Siste, Deus, cladem: sparsos, pater optime, alumnos
Tu mihi da reduces, & inania mœnia supple.

ECLOGA

# ECLOGA,

## CVI

## NOMEN

## POSTLIMINIVM.

---

*Cantabrides Musæ, multò meliora canamus:*

CAntabrides *Musæ, multò*[a] *meliora* (*querelæ.*
*Nõ semper gemebunda juvant, humilesvè*
*lam canimus reditum, reditus sit Apolline dignus.*
*Ultima pestiferi lapsa est jam fluminis unda:*
*Priscus ab integro Musarum redditur ordo.*
*Iam redit &* Pallas, *redeunt Heliconia regna:*
*Jam sua progenies*[b] *Matri committitur almæ.*
*Tu modò, quo placante patrem penetrabile fulmẽ*
*Desijt, ac toto surgunt noua gaudia cœtu,*

a Quere… respicit … stifugij … cedenter…

b Acad… miæ, a q… ad tem… fuerat ab… ctata.

*Christe fave, stabilemq; tuis concede salutem.*
*Tuq; adeo, hæc ævi clades quo* [c] *vindice inivit,*
*Summe* Pater, *trifles prohibe procedere menses:*
*Te duce, si qua manent morbi vestigia prisci,*
*Irrita jam reduces soluent formidine cives.*
Granta Dei *veniam accepit,* [d] *civesq; videbit*
*Mistos* Musicolis, *& conversabitur illis,*
*Sanatamq; reget solitis conventibus urbem.*
*Tuta puer læto repetit* Collegia *vultu:*
*Errantes Socij passim jam rure recurrunt,*
*Mistaq; Musarum* [e] *certamina cernet Apollo.*
*Exportata domum referunt distenta Sophistæ*
[f] *Scrinia, nec morbos metuit Schola plena latētes.*
*Prisca sibi salvæ mundant* [g] *cunabula Musæ.*
*Pestis & occidens lethali fœta veneno*
*Occidit, Assyrium modò quæ* [h] *contempsit amomū.*
*Hic licet* [i] *Heroum laudes, dictata docentum*
*Jam legere, & quæ sit* [l] *moralis noscere virtus.*
*Colloquio assuescit paulatim lingua Latīno,*
*Incultæq; suis renouantur* [m] *sedibus artes,*
*Deq;* [n] *sacrâ quercu stillant cælestia mella.*

*Publicæ*

*Publica pertinget meritæ fastigia laudis*
*Qui*[o] *firmare Thesin, rationum cingere muro*
*Dogmata, qui poterit*[p] *veris infligere vulnus.*
*Rursus erunt*[q] Tripodes, *rursum ingredientur*
*Delecti pugiles, & erunt Academica bella (arenâ*
*Atq; iterũ ad* Grantã[r] *magni mittentur alumni,*
*Formandi*[s] *firmata viros dum fecerit ætas.*
*Non erit absq; Scholis Lector: non deuia Pallas*
*Mutabit sedes, omnis quà pervia tellus,*
*Non Musas lassabit iter, non semita fallet.*
*Splendidus Orator jam longa silentia solvet,*
*Et varios discet mentiri voce*[t] *colores.*
*Ipse sed inprimis Doctor jam suave-rubenti*
*Murice, jam longâ*[w] *Chlamidẽ*[x] *abollâ,*
*Famq; humeros*[y] *juvenis spolijs sibi vestiet agni.*
*Aggreditur magnos (aderit jã*[z] *tempus) honores*
*Progenïes Musarum, & Apollinis incrementũ.*
*Talia fausta suis optarunt fratribus omnes*

o In disputationibus Respondens qui quæstionem tuetur, & Thesi præmissâ explicat.

p Opponens objectionum spicula intorquens.

q In die Cinerum, & in Finali Determinatione Baccalaureorum.

r Nobilium, & generosorum filij, qui vocantur Sociorũ Commensales.

s Tutorum præceptis instituendi.

t Aliquem die Quintilianæ colorem.

u Togâ coccineâ Doctorali. w Pallium itinerarium. x Togâ Philosophicâ, & Senatoriâ siue Magistrali. y Baccalareus pellem gestans agninam, quæ induenda in die Cinerum jam appropinquante. z Suo tempore, solito more, sperantur Comitia magna Doctorum & Magistrorum publicè apertâ luce celebranda, & secundùm legem Olympicam, ac Paulinam, 2. *Tim.* 2. 5. a Hi binj versus aptioris methodi gratiâ transponuntur.

*Concordes ſtabili votorum flamine fratres.*
[b] *Reſpice ſub duro nutantem pondere cœtum,*
*Luctuſq́, tractuſq́ vagos, gemitumq́ profundum*
*Reſpice Chriſte, novo lætentur ut omnia vultu.*
[c] *O mihi Pſalmificæ veniat vis optima venæ,*
*Spiritus & quantum ſat erit tibi pangere laudes.*
*Non me gratiſonis nec* Dauid *vicerit hymnis,*
*Nec* Solomõ, *pater hic, hic filius, ãbo Prophetæ:*
Davidis Solomon, Solomonis *gloria* Dauid.
*Mecum etiam* Moſes Synagogâ *judice certet,*
*Se dicet* Moſes Synagogâ *judice victum.*
[d] *Incipite, ô fratres, cum riſu agnoſcere Matrẽ:*
*Matri longa* [e] *novem tulerunt diuortia menſes.*
*Incipite, ô fratres, ſalvâ gaudere parente,*
[f] *Menſâ participes ſolitâ, ſolitoq́ cubili.*

b Mimeſis recitans vota bene optantium afflictæ Academiæ, durante lue.
c Votum Authoris Euchariſticum Deo effuſum: in quo (per feruidam & ecſtaticam hyperbolem) induit perſonam ſublimem quaſi provocantis ad partes ipſum Dauidem, & alios ſacrorum hymnorum poetas
d Gratulatio ad fratres, ſodaleſq; Academicos. e Tempus *Peſtifugij*, exilijq; Academici ſaltem novimeſtre; nec exinde ſtatim, ſed ſubinde ſparſim ad nidum revolazur. f In Aulis Collegialibus denuò

# ECLOGA
## CVI
# NOMEN
# LVDIMAGISER.

ARGVMENTVM.

*Nisus* Cantabrigiensis Magister artium sacris ordinibus initiatus, ac Theologiæ studijs deditus Scholam aperuit: in quâdam tempus, nervosq; terit, tædio victus sæpiusculè apud *Leucam* compresbyterum alterius Scholæ Præfectum veteranum conquestus erat, indignabundus, Pastorem se quidem, sed sine grege; docendis viris deuotum, sed pueris instituendis quasi damnatum. Hunc alter ille ἐμβριχῶ conscriptâ hâc Eclogâ solatur.

*(laborẽ.*

*HVnc facilẽ,*[a] Theolala, *mihi cõcede (micus*
*Pauca meo* Nisо, *(sed quæ legat alter a-*
*carmina sunt dicenda: lubens do carmina* Nisо,
*Sic tibi quum* Domini *pandis mysteria* Christi,
*Impietas*

[a] Musa Theologica, siue Scriptura sacra.

*Impietas noctem non intermiſceat atram,*
*Incipe ſolicitos* Niſi *lenire dolores,*
*Dum noſtra attendunt teneri præcepta puelli.*
*Non canimus doctis. Ignoſcent omnia fratres.*
*Quæ ſtudia, aut qui vos Tẽplorũ habuere receſſ.*
*O Cõpresbyteri, quũ* Niſus *plangeret exſpes(ſus,*
*Nam neq; Sionis vobis juga, nam neq;* Romæ
*Monſtra moram fecere, nec errorum Labyrînthi.*
*Illum etiam ſocij, etiam fleviſtis* Athenæ,
*Laurifer illum etiam triſti ſub nube latentem*
*Parnaſſus, patrijq; miſerta eſt aula* Lycæi.
*Stant pueri circum, noſtri nec pœnitet illos.*
*Nec te pœniteat puerorum, docte Miniſter.*
*Et pueros ulnis olim eſt amplexus* Ieſus *.
*Venit &* Elias, *ſancti venere Prophetæ,*
*Horridus è ſterili* Baptiſtes *venit eremo.*
*Omnes, quò dolor iſte, rogant: tibi venit* Apollos.
Niſe, *quid expectas, aiunt: tua cura Magiſtri*
*Eſto caſtra ſequi, & verſare volumina* Pauli.

ò Hæreſis, errorùe nubeculâ non offundant Orthodoxæ doctrinæ.
d Hæc interpolatis pueros docendi horis apud ſe cõmentatur.
d Controverſiæ inter nos, & *Romanam* Eccleſiàm agitatæ.
e Academici ſodales, & amici.
f Schola peripatetica-rum.
g Ipſe Ludimagiſter exemplo ſuo docet, non eſſe adeo ingratã hanc pædagogicam prouinciam.

h Chriſtus ipſe pueros ad ſe admitti juſſit ſine difficultate. * *Marc.*10.16

Prophetæ, Apoſtoli, & viri Apoſtolici penſum non minùs oneroſum ſubiere: eorum exempla obverſantur, quaſi introductis ipſorum perſonis alloquentium, & admonentium. * *Math.*3.1.4. * *Act.*18.24.

*Venit*

*Venit & illustri comitis* Syluanus *honore,* (*ans.*
Timotheusq; *monens, &* * *candida pectora test-*
*Chara* Dei *soboles venit, quem credimus ipsi*
*Sanguineis* * *flagro, clavoq́, hastâq́ rubentem,*
[l] *Vt* Deus *ille* * *malis proprijs mitescere discat.*
*Quis flendi modus, inquit, erit? Quid vilia curas?*
* *Non lacrymis saturatur amor mundanus inep-*
*Te pascet, qui pascet aves, numeratq́ capillos.* (*tis;*
*Tristis at ille, Tamen Pastores plauditis, inquit,*
*Sedibus in vestris, animas curare periti*
*Pastores. O quàm placidè mihi vota quiescant,*
*Olim si modicum mea fistula ducat ovile!*
*Atq utinam è vobis unus, vestrivè fuissem*
*Subcustos gregis, aut* * *sacratæ janitor Ædis.*
*Certè sive mihi* [m] Stanton, *sive esset* Okinton,
*Villula seu quævis* (*quid tũ si parvula* Okinton,
*Et parvæ violæ sunt, & sunt parvula fraga.*)
*Sic inter salices densâ sub vepre studerem.*
*Parva daret libros mihi, me vestiret* Okinton.
*Hìc placidæ pecudes, hìc mollia prata,* [n] *salignum*

* 2. *Tim.* 2.
* *Thess.* 1.
* 2. *Tim.* 1.
* *Ioh.* 19.
18. 24.

l Non incommodè transpositio hoc carmine argumentum additur solatij plenum Christi συμπάθειαν misericordiæ mater.

* *Heb.* 2. 18
* *Matth.* 6. 25. 26.

* *Psal.* 84. 1

m Binæ villæ propè *Cantabrigiam*, quæ hinc non διὰ μικρὸν ἀῶς, sed e.g. nominantur.

n Hæc regio abundat salicibus magis, quàm quercubus aut ulmis. Quod dum profitetur author de campestri & depressiore solo, sperat se patriæ suæ non derogare; vt pote frugiferæ magis quàm glandiferæ.

Aquinate
πολύχρόνιον
cholæ uni-
ersæ facilè
incipe.
Iohannis
Duns Scoti,
ui familiã
ucit inter
igladiantes
cholasticos
Prophetа-
m, Euan-
elistarum,
Apostolo-
m fonti-
us derivata
heologiæ
rcticæ
ofluuia.
Ecstasis,
iâ quasi
rsomnium
gerit voti
mpotem.
Revocatio,
soliti lu-
us renòva-
p, dum nec
n, nec.
em adesse
in cogitat.
Vetus, &
ustra sonãs
cademico-
m multe-
m querela
nis vera.

*Hìc nemus, hìc longi senio consumerer ævi.*
*Nunc labor ingratus ferulæ, virgæq; Magistrũ*
*Prima inter studia, & pueriles detinet artes.*
*Ah procul à patriâ potiùs me fata fugassent:*
*Alpinas durare nives, vel torrida Solis*
*Tela queam meliùs, quàm sic me tædia lædant,*
*Et frustra siccas macies terat aspera costas.*
*Certum est in* Thomâ, *atq; inter nodosa* Scholarũ
*Malle pati* P Scoticasq; *meis inscribere rixas*
*Indicibus. Crescet crescente scientia penso.*
*Dumq; alij satagunt canibus circundare saltus,*
*Aut laqueis venantur aves, non me ulla vetabunt*
*Otià diuino scrutari in codice textus.*
*Ibo, & veridicis quæ sũt mihi prompta Prophetis*
*Dogmata Pastoris sacri modulabor avenâ.*
r *Iam mihi per caulas videor, populumq; gregalem*
*Ire, juvat propriæ concredita scandere curæ*
*Pulpita, quæ nostri solida est medicina doloris.*
*At neque* Mecænas *ullus, nec dulcia nobis*
*Rura favent: rursus spes hinc concedite nostræ.*
t *Non possũt avidos vota (heu) mutare Patronos:*

*Nec,*

*Nec, ſi frigoribus medijs undamq́ bibamus,*
*Hybernaſq́ nives tenui toleremus amictu,*
*Quod demus, quicquam eſt,* u *nec, ſi eſſent dona, da-*
*Æthiopem, laterem vè lavo ſub ſydere lævo.*
*Omnia vincet amor nummi: calcatur egeſtas.*
*Hæc ſaterit,* Theolala, *tuum ceciniſſe poetam*
*Dum ſedet, & pueri recitant dictata* x Maronis.
Cantabrides, *vos hæc dabitis ſolamina* Niſo,
Niſo, *cujus amor ſtudiorum creſcit in herbam*
*Florens vere novo, ſed inani meſſe fatigat.*
*Surgamus: ſolet eſſe gravis diſcentibus hora,*
*Detentis grauis hora:* z *Scholâ jam ſegregat hora.*
*Ite domum laſſi, Venit Heſperus, ite puelli.*

u Statuit
nolle, ve
poſſet, S
moniaco
crilegio a
mam fæd
ſuam, ut a
orum an
mas paſc
x Accom
dè, dum
*gilij* Eclo
gas Bucol
cas diſcip
lis præleg
(fortè ipſa
hanc ulti-
mam) ſuc-
currit hæc
imitatio, ac
immutatio.

z In ipſâ Scholâ hæc meditatus, ipſe pueris horâ conſuetâ domum dimiſſis, abſolv
hoc penſum, & ad ſtudia ſua Theologica recurrit.

FINIS.

# ECLOGÆ
## Tres Virgilianæ,

Tityrus, Pollio, Gallus, } ad { Pestifugium, Postliminium, Ludimagistrum.

*Inflexæ per* GVL. HAVKINVM *Ludimagistrum Hadleianum in agro Suffolciensi.*

Musæ Cantabrides, dum vos cano, dedico vobis.

*LONDINI,*
Excudebat *W. S.* impensis *Roberti Milbo* in Cœmiterio Paulino, ad insign. Leporarii. 162

Peccaver { ignoscat, si quid
o; sunt hic

r.
{ mina Virgi { { i.
{ vi { fer

574;00

# ECLOGA
## CVI
## NOMEN
# PESTIFVGIVM

*Bion in Adonide.*

Αἱ μοῖσαι κλαίουσιν ὀρειάδες· ἄυλαι Ἀθῆναι,
Λυπαμέν᾽ ἁπλοκάμῖδες, ἀνὰ δρυμὺς ἀλάλυνται
Παρθαλίαι, ἄπλυκτοι, ἀσάνδαλοι ———

Quæ Latinè ſic ſonant.

*Heu Muſæ lugent in montibus: ipſaq́ Pallas*
*Sparſa comas, exul ſaltus, ſylvaſq́ pererrat*
*Victa dolore, incompta, pedes nudata vagantes.*

# Prologus.

* *Recitata est hæc Ecloga September. 14. à pueris discipulis ad excipiendos hospites quosdam Academiæ Cantabrigiensis præmisso hoc Prologo.*

SVmusnè ruri? Non sumus. Vah! rus vale.
* Hîc sunt Athenæ: nempe Doctores graves,
Reverenda cerno capita, Musarum decus,
Academiæ quos dixerim compendium.
His Rusticana præbet obsequium Schola,
Fandi imperita. Sed loqui nostrâ vice
Dignatur ipse flos Poetarum *Maro*.
Recitamus eius * *Tityrum* non *Tityrum*,
Ad *Pestifugium* triste deflexo stylo.
Veros dolores canimus, haud fictos iocos.

* *Eclogam primam cui nomen* Tityrus, *personis, argumentoq; immutatis.*

LOCVS

# LOCVS DIALOGI
## *SIVE* SCENA,
# OXONIVM
## NOMINE[a] *BVPORII*

a Bouini vadi.

---

Personæ { PHILOTECHNVS *Cantabrigiensis.*
MVSILVS *Oxoniensis.*

PHILOT:

*Musile, tu placidæ recubans sub tegmine cellæ*
*Doctisonas tuto Musas venearis asylo.*
*Nos* [b] Grantæ *fines & dulces linquimus arces,*
*Nos* Grantã *fugimus: tu,* Musile, *lætus in urbe*
Buporio *resonare doces tibi Pallada Musas.*

b Cantabrigiæ, quam alluit Granta fluvius.

MVSIL:

*O* Philotechne, Dei *nos omnes numine tuti:*
*Nam* [c] mihi perfugium sẽper Deus, *illius arã*
*Sæpè pius* [d] nostris à laudibus assonat hymnus.
*Ille Scholas pandi nostras, ut cernis & ipsum*
*Scribere, quæ vellem, calamo permisit alacri.*

c *Psal.* 57. 1

d *Psal.* 28. 7

PHIL.

*Non equidem invideo, sed gratulor. Undiq; nostris*
*Usq; adeò* Pestis *grassatur acerba platæis.*
*Illic intra* [c] *aliquot menses modò namq; popellum*
*Ah morte in media gemebundos ipse reliqui.*
*Protenus æger ago miserandam,* Musile, *vitam.*
*Sæpè malum hoc nobis, si mens non surda fuisset,*
*De cœlo doctos memini prædicere vates.*
*Sæpè sinistra suis immittit ab æthere* [*] *vindex.*
*Sed tu,* Buporium *quid agat, da,* Musile, *nobis.*

[c] Mense Februar.: proximo irrepsit pestis, & subitò multas oppidanorum domos invasit.

[*] Deus suos castigat ipsorum bono.

MVSIL.

*Conventum, dicunt quem* Parliamenta, *putavi*
*Stultus ego huic nostro similem, quo sæpè solemus*
*De* gradibus *dandis suffragia ferre* Regentes.
*Sic Phæbo Musas similes, juveneq; Magistris*
*Noram: sic magnis conferre minuta solebam.*
*Verùm hic tantũ alios inter caput extulit omnes*
*Conv*ẽ*tus, quãtũ solet inter* Cynthia *Nymphas.*

PHIL.

Buporium *pridem cur* Parliamenta *petebant?*

MVSIL.

MVSIL.

[f] Pestis erat, magnã quæ devastaverat Vrbem,
Imperij postquã Carolus nova sceptra gerebat.
Desijt haud longo nobis pòst tempore morbus.

PHIL.

Nũc nos Pestis habet, postquã vos ipsa reliquit.
Nãq; (fatebor enim) modò nos pax alta tenebat,
Et spes libertatis erat, non cura pericli.
Quùm visa est nostris statio tutissima septis,
Dira lues Grantam nec-opino perculit ictu.
Iãq; [g] inopes gravis ære domos pia dextra fovebat.

MVSIL.

Mirabar, quid trislis opem tua Granta vocaret,
Cur caperet missos alienà ex arbore fructus:
Vos [h] omnes solitis aberatis sedibus, ipsi
Vos cives, vos ipsa & inhospita tecta vocabant:

PHIL.

Ast ego quid facerem? Feriari rure pigebat:
Nec tam præsentes alibi fas cernere Musas.

[f] An. 1625 sæviente peste *Londini*, celebratum est *Oxonijs* publicum huiusce regni concilium, quod Parliamentũ dicitur. Sed ne tum quidem ipsa *Oxonij* civitas erat libera, aut tuta à peste, quæ licet mitior, duravit ibidem aliquãdiù.

[g] Ex Academicorum fugâ oppidani tenuiores, ut à peste, ita etiam à fame periclitãtes publicis quatuor Diœcesium subsidijs sublevantur ad millia capitum quasi tria.

[h] Tota cohors Academica præter ornatissimum Procancellarium, alioſque pauculos Rectores, qui afflicto oppido inuigilant, prouideq; curant, ne lacerum illud navigium vel inediâ labascat, vel ἀταξίας tempestate opprimatur.

Hic

*Hîc noſtro parilem video laudoq́* Senatum,
*Cujus ab officijs* Muſarum *altaria fumant.*

MVSIL.

*Hîc tibi ſubſidium ſtudiorum ſuave petenti (ros.*
*Paſcere, ut antè, animũ datur, hic decerpere lau-*

PHIL.

*Fortunate, ergo tua jam* Collegia *florent,*
*Et tibi tuta ſatis. Sed nobis omnia nudat,*
*Funeſtáq; lues ſaturat*[i] *polyandria ſtrage.*
*Non parit*[k] *aſſueto prægnãs* Academia *menſe,*
*Ne mala contiguæ lædant contagia* Villæ.
*O fortunatos! Hîc ad ſubſellia nota,*
*Ad fontem graduum*[l] *ſolitos captatis honores.*
*Hìc tibi flexanimus vicina ad limina* Rhetor
*Suavior Hyblæis apibus deſtillat, & aurem*
*Sæpè levi captam mulcet ſuadela ſuſurro.*
*Hic alta de ſede legit* Profeſſor *ad horam.*
*Nec minùs interea docti, tua cura,* Prophetæ
*Accinere à veſtro pergunt*[m] *ambone ſonori.*

MVSIL.

*Antè nives ergo immittent incendia ponto,*

i Sepulcreta cadaveribus tumẽtia, utpote peſte ſublatis intra ſex jam menſes ſupra, 300.

k Interciſa ſolẽnia gradibus Academicis ſumendis deſtinata Comitia, quæ Incertio generalis dicitur, ſive Cõmencement.

l Oxonijs ſolito loco, tempore, & more celebrabantur Comitiã.

m Conciones publicæ in Templo beatæ Mariæ.

*Et Sol deſtituet repetito lumine terras,*
*Antè, immutatis amborum Gentibus, exul* (gẽ.
*Aut* Anglus Tiberim *bibet, aut* Hiſpania Gan-
*Quàm* Domini *noſtro labatur pectore cultus.*

PHIL.

*Nos illinc alij tepidũ properamus in* Auſtrum,
*Pars* Boreã, *& gelidi ripas percurrimus Hũbri,*
*Et penitus nobis diverſos gutture* Cambros.
*En vnquam* Grantæ *longo pòſt tempore fines,*
*Pauperis & cellæ congeſtos ordine libros*
*Poſt aliquot mẽſes repetã, mea regna, Camœnas?*
*Noſtrâne jam graſſãs*[n] Collegia peſtis *habebit?*
*Obruet has ædes? En quò contagio cives*
*Perduxit miſeros: en queis diſpergimur agris.*
*Deſere nũc,* Philotechne, *tuas ad tẽpus Athenas.*
*Ite gregale meum nuper pecus, ite* Sophiſtæ.
*Non ego vos, non jam, luctæ* Moderator *in aulâ*
*Alternâ verſare vice* Problema *videbo:*
*Dogmata nulla canã: non, me dictante, juventus*
*Florentẽ Sophiam & Logicam carpetis acutam.*

[n] Nondum, Deogratias, Collegij ullius reliquias hæc lues tentauit.

*Si placet, hâc mecum poteris requiescere cellâ,*
*Musæoq́ frui: sunt multa° volumina nobis,*
Historiæ, Physices, *& sacri copia textus.*
*Et jam turba coit nostrarũ ad pensa Scholarum,*
Lectorumq; *sonant altis de sedibus artes.*

o Bibliotheca *Bodleiana* instructissima, præter alias Collegiorum privatas.

p Campana Academica sonans, vocat ad lectiones publicas cæteraque exercitia.

DVrat LVes: MVsæ eXVLant.

## *Matris Academiæ* votum.

*Allusio ad votũ Ænaci post urbẽ pestè eximanitam.* Ouid. Metam. 7.

Sistę, Deus, cladem: sparsos, pater optime, alumnos
Tu mihi da reduces, & inania mœnia supple.

ECLOGA

# ECLOGA,

## CVI

## NOMEN

## POSTLIMINIVM.

---

*Cantabrides Musæ, multò meliora querelæ.* [a]
*Nõ semper gemebunda juvant, humilesve canamus:*
*Iam canimus reditum, reditus sit Apolline dignus.*

*Ultima pestiferi lapsa est jam fluminis unda:*
*Priscus ab integro Musarum redditur ordo.*
*Iam redit & Pallas, redeunt Heliconia regna:*
*Iam sua progenies* [b] *Matri committitur almæ.*
*Tu modò, quo placante patrem penetrabile fulmẽ*
*Desijt, ac toto surgunt noua gaudia cœtu,*

[a] Querelam respicit Pestifugij præcedentem.

[b] Academiæ, à qua ad tempus fuerat ablactata.

*Christe fave, stabilemq; tuis concede salutem.*
*Tuq; adeo, hæc ævi clades quo* [c] *vindice inivit,*
*Summe* Pater, *tristes prohibe procedere menses:*
*Te duce, si qua manent morbi vestigia prisci,*
*Irrita jam reduces soluent formidine cives.*
Granta Dei *veniam accepit,* [d] *civesq; videbit*
*Mistos* Musicolis, *& conversabitur illis,*
*Sanatamq; reget solitis conventibus urbem.*
*Tuta puer læto repetit* Collegia *vultu:*
*Errantes Socij passim jam rure recurrunt,*
*Mistaq; Musarum* [e] *certamina cernet Apollo.*
*Exportata domum referunt distenta Sophistæ*
[f] *Scrinia, nec morbos metuit Schola plena latētes.*
*Prisca sibi salvæ mundant* [g] *cunabula Musæ.*
*Pestis & occidens lethali fœta veneno*
*Occidit, Assyrium modò quæ* [h] *contempsit amomū.*
*Hic licet* [i] *Heroum laudes, dictata docentūm*
*Jam legere, & quæ sit* [l] *moralis noscere virtus.*
*Colloquio assuescit paulatim lingua Latīno,*
*Incultæq; suis renouantur* [m] *sedibus artes,*
*Deq;* [n] *sacrâ quercu stillant cælestia mella.*

*Publica*

c Ob peccata nostra.
d Oppidanos Academicis,
e Academicas Disputationes.
f Pluteos, & capsulas adversaria includentes.
g Cubicula studiosorum excipiendis suis incolis præparata.
h Tetra contagio nullâ fumigatione nullo medicamine abolenda.
i Lecturam Historicam.
l Lecturam Philosophiæ moralis.
m In Scholis, Aulisq; publicis solitæ Lectiones ac Disputationes.
n De suggesto Templi Beatæ Mariæ sacræ

*Publica pertinget meritæ fastigia laudis*
*Qui*[o] *firmare Thesin, rationum cingere muro*
*Dogmata, qui poterit*[p] *veris infligere vulnus.*
*Rursus erunt*[q] Tripodes, *rursum ingredientur*
*Delecti pugiles, & erunt Academica bella (arenã*
*Atq; iterũ ad* Grantã[r] *magni mittentur alumni,*
*Formandi*[s] *firmata viros dum fecerit ætas.*
*Non erit absq; Scholis Lector: non deuia Pallas*
*Mutabit sedes, omnis quà pervia tellus,*
*Non Musas lassabit iter, non semita fallet.*
*Splendidus Orator jam longa silentia solvet,*
*Et varios discet mentiri voce*[t] *colores.*
*Ipse sed inprimis Doctor jam suave rubenti*
*Murice, jam longâ*[w] *Chlamidẽ*[x] *mutabit abolla,*
*Famq; humeros*[y] *juvenis spolijs sibi vestiet agni.*
*Aggreditur magnos (aderit jã*[z] *tempus) honores*
*Progenïes Musarum, & Apollinis incrementũ.*
[a] *Talia fausta suis optarunt fratribus omnes*

o In disputationibus Respondens, qui quæstionem tuetur, & Thesi præmissâ explicat.

p Opponens objectionum spicula intorquens.

q In die Cinerum, & in Finali Determinatione Baccalaureorum.

r Nobilium, & generosorum filij, qui vocantur Sociorũ Commensales.

s Tutorum præceptis instituendi.

t Aliquem die Quintiliane colorem.

u Togâ coccineâ Doctorali. w Pallium itinerarium. x Togâ Philosophicâ, & Senatoriâ, siue Magistrali. y Baccalareus pellem gestans agninam, quæ induenda in die Cinerum jam appropinquante. z Suo tempore, solito more, sperantur Comitia magna Doctorum & Magistrorum publicè apertâ luce celebranda, & secundùm legem Olympicam, ac Paulinam, 2. *Tim.* 2. 5. a Hi binj versus aptioris methodi gratiâ transponuntur.

*Concordes ſtabili votorum flamine fratres.*

[b] *Reſpice ſub duro nutantem pondere cœtum,*
*Luctuſq; tractuſq; vagos, gemitumq; profundum,*
*Reſpice Chriſte, novo lætentur ut omnia vultu.*

[c] *O mihi Pſalmificæ veniat vis optima venæ,*
*Spiritus & quantum ſat erit tibi pangere laudes.*
*Non me gratiſonis nec* Dauid *vicerit hymnis,*
*Nec* Solomõ, *pater hic, hic filius, ãbo Prophetæ:*
Davidis Solomon, Solomonis *gloria* Dauid.
*Mecum etiam* Moſes Synagogâ *judice certet,*
*Se dicet* Moſes Synagogâ *judice victum.*

[d] *Incipite, ô fratres, cum riſu agnoſcere Matrẽ:*
*Matri longa* [e] *novem tulerunt diuortia menſes:*
*Incipite, ô fratres, ſalvâ gaudere parente,*
[f] *Menſâ participes ſolitâ, ſolitoq; cubili.*

b Mimẽſis recitans vota bene optantium afflictæ Academiæ, durante lue.

c Votum Authoris Euchariſticum Deo effuſum: in quo (per feruidam & ecſtaticam hyperbolem) induit perſonam ſublimem quaſi provocantis ad partes ipſum Dauidem, & alios ſacrorum hymnorum poetas

d Gratulatio ad fratres, ſodaleſq; Academicos. e Tempus *Peſtiferij*, exilijq; Academici ſaltem novimeſtre; nec exinde ſtatim, ſed ſubinde ſparſim ad nidum revolatur. f In Aulis Collegialibus denuò

# ECLOGA
## CVI
# NOMEN
# LVDIMAGISER.

---

### ARGVMENTVM.

*Nisus* Cantabrigiensis Magister artium sacris ordinibus initiatus, ac Theologiæ studijs deditus Scholam aperuit: in quâdum tempus, nervosq; terit, tædio victus sæpiusculè apud *Leucum* compresbyterum alterius Scholæ Præfectum veteranum conquestus erat, indignabundus, Pastorem se quidem, sed sine grege; docendis viris deuotum, sed pueris instituendis quasi damnatum. Hunc alter ille ἐμβατηχρ conscriptâ hâc Eclogâ solatur.

*(laborẽ.*

*Hunc facilẽ,*[a] Theolala, *mihi cõcede (micus*
*Pauca meo* Nisо, *(sed quæ legat alter a-*
*Carmina sunt dicenda: lubens do carmina* Nisо,
Sic *tibi quum* Domini *pandis mysteria* Christi,
*Impietas*

[a] Musa Theologica, siue Scriptura sacra.

*Impietas noctem non intermiſceat atram,*
*Incipe ſolicitos* Niſi *lenire dolores,*
[c] *Dum noſtra attendunt teneri præcepta puelli.*
*Non canimus doctis. Ignoſcent omnia fratres.*
*Quæ ſtudia, aut qui vos Tẽplorũ habuere receſſus*
*O Cõpresbyteri, quũ* Niſus *plangeret exſpes*
*Nam neq;* Sionis *vobis juga, nam neq;* [d] Romæ
*Monſtra moram fecere, nec errorum Labyrinthi.*
*Illum etiam ſocij, etiam fleviſtis* [e] Athenæ,
*Laurifer illum etiam triſti ſub nube latentem*
*Parnaſſus, patriꝗ miſerta eſt aula* [f] Lycæi.
*Stant pueri circum,* [g] *noſtri nec pœnitet illos.*
*Nec te pœniteat puerorum, docte Miniſter.*
*Et pueros ulnis olim eſt amplexus* [h] Ieſus *.
*Venit &* [i] Elias, *ſancti venere Prophetæ,*
*Horridus è ſterili* Baptiſtes *venit eremo.*
*Omnes, quò dolor iſte, rogant: tibi venit* Apollos.
Niſe, *quid expectas, aiunt: tua cura Magiſtri*
*Eſto caſtra ſequi, & verſare volumina* Pauli.

b Hæreſis, errorùe nubeculâ non offundant Orthodoxæ doctrinæ.

c Hæc interpolatis pueros docendi horis apud ſe cõmentatur.

d Controverſiæ inter nos, & *Romanam* Eccleſiàm agitatæ.

e Academici ſodales, & amici.

f Schola peripateticorum.

g Ipſe Ludimagiſter exemplo ſuo docet, non eſſe adeo ingratã hanc pædagogicam prouinciam.

h Chriſtus ipſe pueros ad ſe admitti juſſit ſine difficultate. * *Marc.* 10.16

i Prophetæ, Apoſtoli, & viri Apoſtolici penſum non minùs oneroſum ſubiere: eorum exempla obverſantur, quaſi introductis ipſorum perſonis alloquentium, & admonentium. * *Math.* 3.1.4. ‡ *Act.* 18.24.

*Venit*

*Venit & illustri comitis* Syluanus *honore, (ans.*
Timotheusq; *monens, & candida pectora test-*
*Chara* Dei *soboles venit, quem credimus ipsi*
*Sanguineis flagro, clavoq́, hastâq́ rubentem,*
*Vt* Deus *ille malis proprijs mitescere discat.*
*Quis flendi modus, inquit, erit? Quid vilia curas?*
*Non lacrymis saturatur amor mundanus inep-*
*Te pascet, qui pascet aves, numeratq́ capillos. (tis;*
*Tristis at ille, Tamen Pastores plauditis, inquit,*
*Sedibus in vestris, animas curare speriti*
*Pastores. O quàm placidè mihi vota quiescant,*
*Olim si modicum mea fistula ducat ovile!*
*Atq; utinam è vobis unus, vestrivè fuissem*
*Subcustos gregis, aut sacratæ janitor Ædis.*
*Certè sive mihi*[m] Stanton, *sive esset* Okinton,
*Villula seu quævis (quid tũ si parvula* Okinton,
*Et parvæ violæ sunt, & sunt parvula fraga.)*
*Sic inter salices densâ sub vepre studerem.*
*Parva daret libros mihi, me vestiret* Okinton.
*Hìc placidæ pecudes, hìc mollia prata,*[n] *salignum*

* 2. *Tim.* 2. 4
* *Thess.* 1. 1.
* 2. *Tim.* 1. 5
* *Ioh.* 19. 1. 18. 34.

l Non incommodè transpositio hoc carmine, argumentum additur solatij plenum Christi συμπάθεια misericordiæ mater.

* *Heb.* 2. 18.
* *Matth.* 6 25. 26.
* *Psal.* 84. 11

m Binæ villæ propè *Cantabrigiam*, quæ hic non ἀυτοτιτῶς, sed e.g. nominantur.

n Hæc regiò abundat salicibus magis, quàm quercubus, aut ulmis. Quod dum profitetur pote frugi-

author de campestri & depressiore solo, sperat se patriæ suæ non derogare; ferax magis quàm glandifer æ.

C *Hic*

Hìc nemus, hìc longi ſenio conſumerer ævi.
Nunc labor ingratus ferulæ, virgæq; Magiſtrũ
Prima inter ſtudia, & pueriles detinet artes.
Ah procul à patriâ potiùs me fata fugaſſent:
Alpinas durare nives, vel torrida Solis
Tela queam meliùs, quàm ſic me tædia lædant,
Et fruſtra ſiccas macies terat aſpera coſtas.
Certum eſt in° Thomâ, atq; inter nodoſa Scholarũ
Malle pati [p] Scoticaſq; meis inſcribere rixas
Indicibus. Creſcet creſcente ſcientia penſo.
Dumq; alij ſatagunt canibus circundare ſaltus,
Aut laqueis venantur aves, non me ulla vetabunt
Otià diuino ſcrutari in codice textus.
Ibo, & veridicis quæ ſũt mihi prompta Prophetis
Dogmata Paſtoris ſacri modulabor avenâ.
[r] Fam mihi per caulas videor, populumq; gregalem
Ire, juvat propriæ concredita ſcandere curæ
Pulpita, quæ noſtri ſolida eſt medicina doloris.
[s] At neque Mecænas ullus, nec dulcia nobis
Rura favent: rurſus ſpes hinc concedite noſtræ.
[t] Non poſſũt avidos vota (heu) mutare Patronos:
Nec,

° Aquinate πολυγεάφῳ Scholæ univerſæ facilè principe.

p Iohannis Duns Scoti, qui familiã ducit inter digladiantes Scholaſticos q Prophetarum, Euangeliſtarum, & Apoſtolorum fontibus derivata Theologiæ practicæ profluuia.

r Ecſtaſis, quâ quaſi perſomnium ſe gerit voti compotem.

ſ Revocatio, & ſoliti luctus renòvatio, dum nec rem, nec ſpem adeſſe deiq; cogitat.

t Vetus, & fruſtra ſonã; Academicorum multorum querela nimis vera.

*Nec, si frigoribus medijs undamq; bibamus,*
*Hybernasq; nives tenui toleremus amictu,* (remus.
*Quod demus, quicquam est,* u *nec, si essent dona, da-*
*Æthiopem, laterem vè lavo sub sydere lævo.*
*Omnia vincit amor nummi: calcatur egestas.*
*Hac saterit,* Theolala, *tuum cecinisse poetam*
*Dum sedet, & pueri recitant dictata* x Maronis.
Cantabrides, *vos hæc dabitis solamina* Niso,
Niso, *cujus amor studiorum crescit in herbam*
*Florens vere novo, sed inani messe fatigat.*
*Surgamus: solet esse gravis discentibus hora,*
*Detentis grauis hora:* z *Scholâ jam segregat hora.*
*Ite domum lassi, Venit Hesperus, ite puelli.*

u Statuit nolle, vel si posset, Simoniaco sacrilegio animam fædare suam, ut aliorum animas pascat.

x Accommodè, dum *Virgilij* Eclogas Bucolicas discipulis prælegit, (fortè ipsam hanc ultimam) succurrit hæc imitatio, ac immutatio.

z In ipsâ Scholâ hæc meditatus, ipse pueris horâ consuetâ domum dimissis, absolvit hoc pensum, & ad studia sua Theologica recurrit.

FINIS.